

EIVSDEM EPISTOLA AD  
IO. MATTAEVM  
GYBERTVM.

SCILICET hæc etiam nostrorum summa malorum  
Defuerat Gyberte, mea ut tu sola uoluptas  
E ripere mihi longinquas missus in oras?  
Saltem ego si tecum consors, sociusque laborum  
Venissem, non infelix mihi, diisque uiderer  
Inuisus penitus, tibi si non utilis essem  
Consiliis, quando ante alios te maxima Pallas  
E docuit, mentemque aspirat Iuppiter altam.  
Attamen hæsissem lateri fidissimus unus  
V sque tuo quascunque oras tecum ire paratus.  
Ipse ego prima uiae tentare pericula possem,  
Perque niues altas uestigia figere primus,  
Quæ tuto mox tu quires seruare sequendo.  
Itamen, et magnis de rebus comminus altos  
Pro patria intrepide reges affare, decusque  
Tutare Italæ, libertatemque tuorum,